Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera
Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 46a





r NOLIS longa. Ordo est. o mecoenas nolis aptari mollibus modis cithare lōga bella fere numātie

s BELLA fere numantie. Numantia celtiberorum nobilissima ciuitas erat. que in belo celtiberico quod aduersus populum romanum gestum est. virtutem propriā ostentauit. quod. xx. perdurauit ad annos complures enim exercitus cum imperatoribus ad internitionem detracti nouissime autē Numantini obsidione cincti diuturna patientia tolerarunt. Paucis dūtaxat exceptis qui cedentes murum dediderūt. Durias autem fluuius preter Numātiam currit. Auctor in iis Strabo lib. iii. Multa etiā scribit Liuius li. lv. lvi lvii.

t NEC durū ha. Qui annos. xvi cōtra romanos pugnauit in italia vt scribit Liuius lib. xxx. Durauit autem bellum ipsum punicum secundum annis. xviii. vt scribit florus. Durum id ait. quia vt etiam Liuius scribit hannibalis nullo labore aut corpus fatigari. aut anim⁹ vinci poterat caloris ac frigoris patientia par princeps prelium inibat vltimus conserto prelio excedebat Erat ei in humana crudelitas. nil veri nil sancti. nullus dei metus.

v NEC siculum mare. En. dulius seu Duellius consul in cicilia aduersus classem poenorum prospere pugnauit. primusq; omniū romanorum ducum naualis victorie duxit triumphum ob quā causam ei perpetuus honos habitus est. vt reuertenti a cena tibicines canerent. et funale preferretur hec scribit Liuius li. xvii.

x NEC seuos laphytas. Centaurorum pugnā intelligit in nuptiis perithoi habitam cum laphytis de qua re latius legito in ode. xviii. li. i.

y HyLEVM. centhauri de quo Virg. li. viii. ait in hymno herculis. Tu nubigenas inuicte bimembres hileumq; polumq; manu. tu cressia mactas prodigia &c.

z VNDE periculū. Ordo ē. vnde fulgens domus saturni veteris contremuit periculum &c.

o mecenas feuissime.
r s
n Olis longa fere bella oumantie
laborū patientē
t v
Nec durū hannibalem: nec siculū mare
aphricano rubeum lyricis
carthaginensi
Poeno purpureū sanguine mollibus
cōuenienter iungi .i. carminibus
Aptare cythare modis
nolis aptari a me superbū. vino
x illos pplos
Nec seuos laphytas & nimiū mero
y subiugatos forti
Hileum: domitosq; herculea manu
terre gygantes a quibus sibi puenturum
z
Telluris iuuenes: vnde periculum
castellarū timuit olympus siue celum
Fulgens contremit domus
mecenas infra
a .i. soluta orōne scriptis
Saturni veteris: tuq; pedestribus
describes augusti
Dices historijs prelia cesaris
ibi incipit ordo quam ego qui carmina scribo
b
Mecoenas melius ductaq; per vias
q subiugati sunt q minaces erant
Regum colla minacium
horatium
c
Me dulces domine musa lycinie
Cantus me voluit dicere lucidum
lucentes licinie .i. valde inuicem respondentibus
d
Fulgentes oculos & bene mutuis
fidele
Fidum pectus amoribus
licinians mouere .i. bene decuit
e f virginum
Quam nec ferre pedem dedecuit choris
salibus
g dedecuit
Nec certare ioco nec dare brachia
cum pulchris festo
h
Ludentem nitidis virginibus sacro
in quo dyane sacra agerentur
Diane celebris die
regna p. n. regis persarum
i
Num tu que tenuit dites achemenes
k diuitias
Aut pinguis phrygie mygdonias opes
pulchritudine illius
Permutare velis crine lycinie
opulentas
Plenas aut arabum domos

a SATVRNI veteris. Is eni prima etate regnauit. dixerūtq; a filio pulsum quod Macro. lib. i. Sat. interpretatur nihil aliud esse. quā tempora senescētia ab his que post sūt nata de pelliis. autem est temporū auctor. deorumq; princeps vt idē ait Vir. item li. vii. inquit. Saturnus q; senex ianiq; bifrōtis imago. Et li. viii. Primus ab ethereo venit saturnus olympo arma iouis fugiēs & regnis exul ademptis.

b DVCTAQVE colla regum. Nam victi reges ante currum cathenis vincti in triumpho procedebant.

c LyCINIE. Non placet que mecoenatis sit vxor. cum veluti lasciuam illam laudet. sed potius poete amica q; amore amantium dominam vocat.

d FVLGENTES Oculos. que laus in oculis suprema est.

e QVAM nec. Laudauit hactenus a bonis corporis. nunc laudat a bonis animi. s. ab arte.
f NEC dedecuit. Liptote est. idest bene decuit.

g NEC certare ioco. Laudat a iocis. s. ab ea spetie ioci que vrbanitas appellatur. in qua sunt facetie. lepores sales & dicta.

h SACRO die. In quo diane sacra agerentur. Videtur autem ita a ioco ludoq; illam ludare. vt tamē lasciuie castitas nō desit. non in veneris sed diane sacra cōmemorat. de hoc ad plenum li. i. ode. xxi. vbi ait Dianā tenere dicite virgies. &c.

i NVM tu. Ostendit licinie osculis & iocis. non permutandas regum diuitias.

k MyGDONIAS opes. Mygdonia iuncta est phrigie vt docet Plinius li. v. c. xxxiii. phrigia autē vt ibidē inquit Troadi superiecta. priamus vero iis regionibus imperauit vnde Strabo li. xiii. scribit Achillis verba fuisse ad priamum huiusmodi Ante tuas noramus opes spatiosaq; regna que pariter lesbos complectitur & que comprehendit phrigie tellus ac hellespontus.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0095
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg